

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Wittebergae, 1670**

Quaestio XV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

## QUÆSTIO XV.

An & quâ pœnâ afficiendus, qui præter intentionem & absque proposito occidendi parricidium committit?

## SUMMARIÆ.

1. Pœna parricidii quandoq; mitiganda est.
2. Pœna ordinaria parricidii cessat quoties in occidente deest propositum necandi. num. 3. 4. 5. 7.
6. Pœna odiosa strictè interpretanda.
8. Vbi pœna certa definita non est, arbitraria est animadversio.
9. Pœna parricidii dolosi absq; animo tamen occidendi perpetrati, n. 10. 11.
12. Dans operam rei illicita de omni causa tenetur. n. 25.
13. In omnibus delictis animus & voluntas est attendenda.
14. Pœna mortis locum non habet, nisi dolus intervenit. n. 15. 23.
16. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 17. 18. 19. 20. 21.
22. Pœna parricidii absq; dolo perpetrati, n. 24.
26. Sententia Scabinorum Lipsensium. num. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
33. Quomodo culpa levis in parricidio sit coercenda n. 34.
35. Pro levi culpa pœna extraordinaria imponenda est.
36. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 37. 38.
39. Quâ pœna plerenda sit mulier, qua puerperium occultando causam dat moris infantis. num. 40. 42. 43. 48.
41. Persistens in tortura melior reputatur, quàm ante accusationem.
44. Sententia Scabinorum Lipsensium. num. 45. 46. 47.
49. Ex presumptionibus pœna corporu afflictiva nemini est irroganda.
50. Ex præsumptionibus arbitrariè quis potest puniri.
51. Ex actu clandestino dolus agens præsumitur.
52. Responsa Scabinorum Lipsensium.
54. An ob parricidium dolosum in VVergeldum occisor condemnari debeat? num. 54. 55. 57. 58.
56. Parricidium venit etiam nomine homicidii.
59. Sententia veterum Scabinorum.

**N**on solum autem pœna parricidii ordinaria, Culei nimitum, vel Rotæ copiâ fluminis deficiente, exasperari, sed & quandoque pro ratione circumstantiarum; mitigari potest & debet. Quid enim si parricidium non occidendi animo & proposito, vel non perfectè fuerit perpetratum, nec conatus in actum perfectum deductus; vel si de corpore delicti certò non constet; vel parricidium etiam taliter qualificatum sit, ut aliquâ ex parte veniam mereatur? Certè si iudex indistinctè pœnam parricidii imponere vellet, à tramitibus justitiæ & æquitatis multum aberraret, nec conscientia suæ satis consulere.

Ideoque ut certò constet quando ordinaria parricidii pœna mitiganda, quodque supplicium pro ratione qualitatis ipsum delictum deminuentis imponendum sit, Casus quosdam hac & sequentibus tribus quæstionibus subjungam.

**1** Primus Casus est: Quando parricidium committimus absque animo & proposito occidendi & parricidium perpetrandi. Quo casu pœnam parricidii ordinariam sibi locum non vindicare, tradunt Dd. ferè unanimiter. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 15. num. 1. Bald. in l. fin. C. de hered. Inst. 1. & in l. un. C. de emendat. servor. Salycet. in l. 1. ubi etiam Hippol. C. de sicar. Carver. in pract. crim. §. homicidii. num. 153. Petr. à Plach. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 22. num. 34. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 120. num. 182. Bonif. de Vital. in rubr. de parricid. n. 5. in fin. vers. item in talibus desideratur dolus &c.*

Idque haud obscurè probatur Primò ex l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. ibi: *Cujusvè dolo malo id factum erit &c.* Item in §. alia deinde lex, 6. Inst. de publ. judic. ibi: *Nec non is, cuius dolo malo id factum est &c.* Quibus verbis animus & propositum perpetrandi parricidii denotari, apparet tum ex contextu verborum. d. §. 6. maxime si conjugatur cum *Lun. C. de his qui par. vel lib. occid.* tum, quòd dolus in criminalibus sapissimè sumatur pro animi destinatione & proposito ad certum delictum quoquo modo perpetrandum. *Decian. in tract. crim. lib. 1. cap. 4. n. 6. & n. 9.*

Secundò: Ex Constit. Elect. part. 4. in pr. 4. ibi: *So an ihren Kindern/ Eltern/ oder andern nehesten Freunden einen freventlichen bösen Mord begangen &c.* Et postea: *Oder aber auch die Ehe/ wie eines das ander böstlich thate ermorden oder umbringen &c.* Et clariùs in §. fin. ibi, *Wann solcher Mord fürsehtlichen geschehen.* Unde constat, pœnam ordinariam parricidii, de quâ dicit. *Constit. Elect.* agitur, tunc demum imponendam esse, si ex proposito parricidium fuerit perpetratum.

Tertiò: Idem verè probatur per *Const. Ca. 5. rol. crim. art. 131. in pr.* ibi: *Welches Weib ihr Kind/ das das Leben oder Gliedtmah empfungen hätte/ heimlicher/ hofhaffter/ williger weise erdödet &c.* Et in §. 1. circa medium, ibi: *Denn das dieselbige Mutter durch böshafftigen vorsatz vermeinet/ mit Tödtung des vnschuldigen Kindleins.*

Quartò: Quin & aliàs pœnæ atrociores & 6 odiosæ strictè sunt interpretanda & non exten-

tendendæ, cap. statutum 22. extr. de elect. in 6. Corn. cons. 114. col. 2. lib. 1. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4. n. 33.

Quâ ergo pœnâ afficiendî erunt, qui parricid. um præter intentionem & animum occidendi committunt? Hoc sanè expediti iuris non est, neque etiam Interpp. hâc de re certi quid statuunt, neq; ob facti & delicti cuiusvis circumstantias varias certa regula construi potest, ut si iudicis potiùs arbitrio relinquendum hoc, quàm universali- ter quid decidendum sit? Vbi enim pœnâ neque ex legibus, neque ex statuto aut consuetudine aliquâ certò definitæ sunt, arbitraria est animadvertio. Iason. in l. jubere. 4. num. 17. ibi: licet aliâs ubi pœnâ est expressè determinata. ff. de iurisdic. om. jud. Andr. Tiraguell. de pœn. temperand. caus. 31. num. 34. Iacob. Menoch. de arbit. jud. quest. lib. 1. quest. 86. n. 8. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 104. nu. 9. Ludolph. Schrader in tract. de fend. part. 10. sect. 10. num. 122. vers. eam ob causam, quia in omnibus &c.

Ad informandum tamen iudicis arbitrium tres casus potissimùm sunt notandi, ad quos ferè omnes circumstantiæ & qualitates parricidii absq; proposito commissi, referri possunt, hæc si probè iudex observarit, meo iudicio à vero & æquo vix aberrasse videbitur.

9 PRIMVS CASVS EST: Quando parricidium non quidem ex proposito & animo deliberato occidendi committitur, ex actu tamen doloso immediatè sequitur, Veluti si quis liberos, vel coniugem dolosè, hoc est, modum castigationis excedendo tam vehementer, talibusq; armis, quibus communiter homicidium solet perpetrari, percussit, verberat, aut vulnerat, ut vulneratos vel percussos inde mortem obire oporteat: Quo casu pœnam Legis Corneliæ de sicariis, hoc est, gladii locum habere intrepidè affirmo.

10 PRIMO: Quando enim aliquod delictum vel factum est tale, quod non potest regulari & modificari animo & voluntate delinquentis, imò est tale factum, quod verisimiliter potest extendi ultra intentionem eius, tunc delinquens efficaciter tenetur & punitur ex delicto secuto, licet habuisset animum minus delinquendi, pro ut tradit Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 3. num. 18. c. fin. de homicid. in 610. Iam verò vehemens percussio aut vulneratio quæ fit gladio, cultro, similibusque armis, tale factum est, quod voluntate & animo delinquentis regulari & modificari nequit. Ergò & delinquens ex subsequuto homicidio tenebitur. Licet enim hoc casu pœna parricidii ordinaria cesset ob deficientem animum occidendi, attamen pœna homicidii propter dolum intervenientem locum habebit.

11 SECVNDO: Dictum & probatum supra quest. 1. pœnam Legis Corneliæ de sicariis imponendam esse quoque ei, qui præter animum occidendi aliquem interfecit, gladio nimirum alivè armis, quibus communiter homicidium perpetrari solet, eum vulnerando, aut percutiendo, quemadmodum etiam hoc statuunt Bald. & Salycet. in l. cum mandati. circa fin. C. man-

dat. Eged. Boss. de homicid. n. 71. & seqq. Ang. in l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Thoming. decis. 38. n. 9. & 25. percutiens namque gladio animo solum vulnerandi æquè in dolo est, ac is, qui animum occidendi habet, & quia scit aut saltem scire debet, vulnera præsertim gladio similivè instrumento ad homicidium perpetrandum apto, certo & destinato modo dari non posse, in effectu dici nequit, quin talis non habeat animum occidendi. Si ergò pœnâ gladii quis puniendus ob homicidium dolosum, præter intentionem tamen & animum occidendi commissum, multò magis eadem pœna obtinebit hoc casu, quo quis præter intentionem & propositum parricidium perpetravit, cum gladio vel simili telo vulnerans scivit, vel saltem scire debuit, vulnera ad mensuram dari non posse.

Tertiò: Certi juris est, quòd dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem, si causa sit ordinata ad subsecutum delictum, ita, ut eventus subsecutus facillimè cogitari potuit. l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. ubi gloss. in verb. quoniam Gozadin. cons. 61. n. 3. Capoll. cons. 33. n. 2. Marsil. cons. 7. n. 5. & 8. Salycet. in l. quod Nerva, ad fin. vers. item fallit in l. Quoniam multa. C. de positi. Dec. in l. contractus n. 47. vers. hoc procedit. ff. de reg. iur. ubi & Cagnol. n. 88. Quia ergò percutiens aut vulnerans liberos, vel coniugem, aut consanguineos, operam dat rei illicitæ, atque dolosè agit, benè sciens ex vulneribus gladio, similivè telo inflictis immediatè ut plurimùm mortè sequi, Boss. de homicid. n. 74. circa fin. utique non immerito de subsecuto delicto ac parricidio tenebitur adeoque quia ordinaria parricidii pœna hoc casu cessat, pœnâ Legis Corneliæ de sicariis, gladio nimirum Reus erit plectendus.

Neq; hisce obstat, quòd sicut in aliis delictis, ita quoq; in parricidio & homicidio attendatur animus & voluntas delinquendi, non exitus l. Divus Adrianus ff. ad L. Cornel. de sicar. Tiraguell. de pœn. temp. caus. 51. n. 7. & 9. Luc. de penn. l. quoties n. 6. C. de exact. tribut. Farin part. 3. oper. crim. quest. 86. n. 7. Respondeo enim, Animum & voluntatem, non etiam exitum attendi in eo solum, qui omninò habet animum non delinquendi, talis enim non tenetur de eventu & exitu; sed qui animum aliqualem delinquendi habet, licet non tantum, quantum postea secutum fuerit, is tenetur de omni exitu Bartol. in l. Divus Adrianus. ante num. 1. ff. ad L. Corn. de sicar. Cùm autem percutiens vel vulnerans liberos aut coniugem gladio animum aliqualem delinquendi habeat, atque delinquat modum castigationis excedendo, igitur & de omni exitu & parricidio subsecuto tenebitur, licet parricidii pœna ob defectum animi occidendi mitiganda sit.

Præterea non obstat, quòd pœna mortis locum non habeat, nisi dolus intervenerit l. in lege Corneliæ. ubi gloss. Bartol. & Hippol. de Marsil. ff. ad L. Corn. de sicar. Iul. Clar. in pract. § fin. quest. 84. in pr. Alciat. in l. magna. n. 3. ff. de verb. signif. Paul. de Castro in l. n. 9. vers. quoniam in corporal. pœn. ff. de legib. Nego enim in dolo non versari eum, qui

liberos, coniugem, aliasve personas, in quibus parricidium committitur, gladio vulnerat, aut supra modum percutit, dolose siquidem agit modum castigationis excedendo, dolose quoque agit percutiendo gladio, ligno ingenti, aliove instrumento. quo communiter ictus & vulnera infliguntur lethalia, ex quibus mors necessario sequitur: Adeoque parricidium hoc maxime dolosum est. licet enim in percutiente dolose non sit directus in ipsummet parricidium, quo fit, quod parricidii pena ordinaria hoc casu cessat, attamen ille actus dolosus, percussio nimirum supra modum, quæ sit gladio, vel simili instrumento ex propria vi ac natura maxime tendit in periculum mortis & sic in homicidium, unde & pena homicidii obtinet.

- 16 *Secundum hanc sententiam pronunciarunt sapientissime Scabini. Veluti etiam ita responderunt versus Freyburg: Hat B. R. gestanden/dasß er sein Weib bey den Armen genommen/niedergerissen/vnd etlich mahl mit Füßen gestossen/auch mit einem Hirtenstecken vnd einen Sprügel/so er von des Rins des Wiege genommen/vnd eines Fingers dicke gewesen/dermassen geschlagen/dasß der Stecken in zwey stücken zerbrochen/vnd ist die dritte Woche darnach darvon verstorben etc. Da ihr euch nun erkundiget hättet/oder nachmahls erkundigen würdet/dasß das Weib von solchen schlägen vnd Stößen gewis/vnd nicht von andern Zufällen verstorben/vnd der Gefangene auff seinem gethanen Beländtniß für Gerichte freywillig verharren/oder desß sonst wie recht überwießen würde / So möchte Er derowegen mit dem Schwerde vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden B. R. W. Ad requisitionem Quæstoris, Mens. Aug. Anno 1594.*
- 17 *Pena quoque gladii a Elata fuit H. T. qui uxori sua in capillos involando, eam prouiciendo in terram, pedibus calcando, & flagello percutiendo causam mortis præbue at. Ad consultationem VVolfgangi Escherß M. Febr. Anno 1600.*
- 18 *In casu simili, quo maritus uxorem sustibus & flagellis verberando occidit, dilata fuit pena gladii, ad consultationem Senatûs Coldicensis, Mense Novembr. Anno 1519.*
- 19 *Pariter responderunt Scabini in casu, quo quis uxorem suam, ex vitæ eam percutiendo, & pedibus calcando, interfecerat. Versus Lauchstädt/an Amptschöffer/M. April. An. 1588.*
- 20 *Et in casu ferè simili versus Freyburg: Ad consultationem Quæstoris, Mens. Ianuar. Anno 1620.*
- 21 *Idemq; fuit obervatum in liberis non quidem ex proposito parentes suos necantibus, dolose tamen causam mortis præbentibus. Sicuti responsum versus Nochtlin: Ob wos J. B. in scharffer Frage erhalten/dasß er seiner Mutter den Kopff nicht eingeschlagen/derweil er aber desßoch gestanden/dasß er sie von desß Richters Stalle/allda sie tranck gelegen/nebst desß Richters Sohne die Stiegen herunter biß auffn Diehweg schleppen helffen/vnd dasß sie das mahl noch geathmet vnd gelebet/nach dem sie aber alsbald darauff verstorben/hat er sie auff Christoff Rüdels Güter geschleuffet/damit Rubel vmb 1. Rth auffhebe Geld gebracht würde/vnd sie begraben lassen müßte etc. Da er nun auff seinem gethanen Beländtniß vor Gerichte freywillig verharren/oder desß sonst wie recht überwießen würde / so möchte er derowegen mit dem Schwerde vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden B. R. W. Ad Præfectum, Mens. Majo, Anno 1585.*

SECUNDVS CASVS EST: Quando parricidium neque ex proposito committitur, neque etiam ex actu quoquam doloso immediate provenit, ex deviatione tamen incircumspecta, imprudentia, & stultitia, actuque illicito causa parricidio præbetur. Veluti si quis agendo illicitè alioque fine ex imprudentia & imperitia mortem causatur; qualis est puerpera occultans puerperium & auxilio omni destituta partum negligendo, ipsique non debito modo subveniendo causam infanticidii præbens, quæ propriè dicitur versari in culpa lata vel latiori. Quo casu ne quidem pena gladii obtinet, sed taliter delinquens fustigatione, vel ad minimum perpetua relegatione puniri debet.

Tum, quod pro homicidio pena mortis non imponenda sit, nisi Reus in dolo fuerit versatus; lata culpa autem quoad penam mortis dolo non æquiparatur. *l. in lege Cornelia, ubi gloss. & Hypopol. de Marfil ff. ad L. Cornel. de sicar. Tiraquell. de pæn. temper. caus. 14. num. 5. Anton. Gomez tom. 3. var. resol. cap. 3. 15. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 84. in princip. Ce. hal. conf. 76. n. 71. lib. 1. Saly. et. in l. 1. n. 6. C. de sicar. fac. Meroc. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. caus. 324. n. 11. Alciat. in l. magna. num. 3 ff. de verb. signif.*

Tum, quod fustigatione vel relegatione pro iudicis arbitrio puniendus ille, qui præter intentionem exponendo sobolem, vel medicinam minus convenientem & salutarem ex imperitia præbendo, mortem causatur. *Constit. Carol. crim. art. 132. in fin. ibi: So soll man die Mutter nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben straffen. Et art. 134. in verb. vnd damit etnem zum Tode Ursach gegeben / der soll nach Gestalt vnd Belgenheit der Sachen / vnd nach Rath der Verständigen gestrafft werden &c. Cur igitur non pari pena peccandus esset, qui illicitum quid agendo, vel ex imperitia, vel per accidens parricidium causatur.*

Neque hisce adversatur, quod, uti modo dictum. *Elum. nu. 12. operam dans rei illicitæ, teneatur de omnico, quod præter eius intentionem ex actu isto sequitur, iuxta l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Gozad. conf. 61. n. 3. Capoll. conf. 15. n. 2. Marfil. conf. 7. num. 5. & 8. adeoque & de homicidio vel parricidio exinde securo. Quia istud tantum verum est, quantum ad subiectum circa quod versatur ipsa malitia illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ illi obiecto per se & immediatè iunguntur, aut necessariò sequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur à re illa mala cui opera datur; quia illa quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, tanquam effectus remoti non imputantur agenti. *Covarr. de Clem. V. de homicid. secund. part. relect. in §. 1. sub. n. 2. Ita etiam in casu quo puerpera puerperium occultando & partum negligendo, causam dat parricidio, mors infantis non immediatè ex occultatione & negligentia provenit, sed potius ex aliis supervenientibus symptomatibus nimia effusione sanguinis, frigore &c. quæ puerpera adiuta aliorum auxilio avertere potuisset; Ipsa itaque non tam principaliter de morte infantis, quam de sua negligentia & culpa enormi, mortem tamen causante tenetur.**

Ideoque

- 26 Ideoque fustigationem cum perpetua relegatione dicere solent Scabini communiter in casu, quo foemina puerperium occultantes vel cingulum umbilicâ infantis ex imperitiâ abrumpunt, vel iusto modo non resecant, vel aliter partui non subveniunt, & per id causam praebeant, ut infans ex nimia sanguinis effusione moriatur. Prout responderunt versus Wendelstein: ob wol C. F. in scharffer Frage erhalten, daß sie ihr Kind vorseglische nicht umbgbracht/dieweil sie aber dennoch bekandt/ daß sie bey der Geburt/die Nabelschnur dem Kinde zu kurz abgerissen/also daß es geplaget/ vnd sich hernach das Kindlein verblutet/ daß es gestorben/ etc. So wird die Gefangene/wenn sie ihre Sechswochen gehalten / derowegen daß sie das Kind heimlicher weise zur Welt geböhren/vnd dasselbe verwarhloset/mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen B. N. W. Ad Quaestorem, Mens. Mayo, Anno 1601.
- 27 Eodem modo pronunciatum in casu simili, ad consultationem Pratoris Lipsiensis, M. Mart. Anno 1606.
- 28 It. ad eundem: Ob wohl B. H. in scharffer Frage erhalten, daß sie ihr Kind fürseglischen nicht ermordet/dieweil sie aber dennoch darneben bekant/ daß sie zur Geburthzeit gar allein gewesen/ ein Messer genommen/vnd dem Kinde die Nabelschnur damit abgeschnitten/sie hätte nicht gewußt/daß sie es verbinden müssen/habe es auch zu dem Ende nicht ligē lassen/daß es sich verbluten solte/ etc. Als wird sie wegen solcher an ihrem eigenen Kinde beschehener Verwarhlofung öffentlich billich zur Staupen geschlagen/vnd des Landes ewig verwiesen/B. N. W. M. Mart. Anno 1627.
- 29 Eandem pœnam dicarunt in casu simillimo cuidam foemina E. F. ad requisitionem loh. Iochimi à Cospot/M. Octob. Anno 1606.
- 30 Relegationem verò perpetuam absque fustigatione dicarunt hoc casu Scabini D. N. ad consultationem Quaestoris Dippoldisvvaldensis, Mens. Febr. Anno 1625.
- 31 Ob latam quoque culpam fustigatio cum perpetua relegatione fuit indicta M. N. foemina cuiuspiam, quâ infantem suum stramini imposuerat, quo die sequenti impregnatori eum afferre posset, infans autem alimentis destitutus vires amiserat, & repertus brevi post baptismum animam exhalaverat, Nach Dresden/an Richter vnd Schöppen/M. Aug. ust. Anno 1582.
- 32 Simili modo pœna fustigationis ac perpetua Relegationis fuit adjudicata P. N. qui sobolem extra conjugium procreatam occultando, & in horreum ponendo causam mortis praeberat, versus Stolpen/an Schöpfer/M. Jul. Anno 1610.
- 33 TERTIVS CASVS EST: Quando quis neque in dolo, neque in culpa latâ versatur, in circumspicte tamen agendo, & faciendo, aut omittere id, quod diligens & perspicuus homo quisvis nec facere nec omittere solet, aliquomodo causam parricidio praebebat; veluti si infans in lecto ex incuriâ & negligentia parentum suffocetur; vel si parentes modum castigationis aliquo modo excedant, aut aliud quid agendo, quod in culpam levem incidit, parricidium causentur. Quo casu pœnam solum arbitrariam relegationis, vel Carceris, vel etiam mulctam pecuniariam obtinere, existimo.
- 34 Tum, ob textum in c. f. ext. de his qui fil. occid. ubi dicitur, parentes non effugere omnem pœnam, si infans mortuus in ipforum lecto reperitur, licet non ipsis fuerit occisus. Vnde gloss. aliique Dd. statuunt, hoc casu pœnam solum arbitrariam, veluti carceris, aut relegationis imponendam esse. Jacob. Menoch. lib. 2. arbit. jud. quaest. cas. 356. num. 61. Prosp. Farin. part. 5. oper. crim. quaest. 120. n. 178. Hostiens. in summ. de his qui fil. occid. §. quando & qualiter. 3. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 20. Petr. Plach. in epis. delict. lib. 1. cap. 22. n. 29. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 3. n. 19. Bonif. de Vitalin. in tit. de parricid. n. 5.
- Tum, quod pro culpa levi mitior & extraordinaria pœna imponenda sit. gloss. in l. respiciendum. §. delinquent, in verb. aut casus, in pr. vers. aliquando culpa levi ff. de pan. & ibi Bartol. n. 3. & seq. Alber. in l. is qui cum telo, n. 4. vers. si culpa, C. ad Leg. Corn. de sicar. Prosp. Farinac. part. 5. oper. crim. quaest. 125. n. 11. Et quod culpa levis nullo modo debeat puniri criminaliter, tradit Iul. Clar. pract. §. homicidium. n. 3. vers. culpa dicitur, circa med.
- Et ita pron. in casu, quo parens ebrius infantem unius anni in lecto suo suffocaverat; versus Weissensee: hat H. B. sein Kind nur eines Jahrs alt in trunkener weise zu sich ins Bette genommen/dahero erfolgt/daß er es im Schlafertrocket unnd ersticket/daran auch die Magd/so des Kindes halben gemietet/etlicher massen schuld gehabt/daß sie ihm als einem trunkenen Manne das Kind folgen lassen/ etc. So werden sie beyde wegen solcher Verwarhlofung 8. Tage lang mit leidlichen Gefängniß billich in Straff genommen B. N. W. Ad requisitionem Senatus Mens. Mart. Anno 1603.
- Pœna quoq; temporalis relegationis fuit dicta matri, qua infantem lavando aquâ nimis calidâ causam mortis praeberat, accedente patris castigatione immoderatâ: Versus Kempnitz: hat M. N. bekant/daß sie das Kind in das warme Wasser gesetzt/vnd ein Topff voll heisß Wasser auß dem Ofentopff genommen/vnd dasselbe dem Kinde zwischen die Beine gegossen/vnd solches zu dem ende gethan/daß sie ihm die unreinigkeit abbringen vnd abgewehnen möchte/ etc. So wird die verhaßte M. N. derowegen/daß sie ihr Stieffkind übel gehalten/vnd mit heissem Wasser verbrand/auff 5. Jahr des Landes billich verwiesen/darauff ihr Ehemann/well er dem Weibe nicht untersagt/wie sie sich gegen dem Kinde bezeugen sollen/vnd gleichsam geschehen lassen/daß das Kind also verderbet worden/daß es endlich darüber des Todes seyn müssen / er auch selbst es wieder den Ofen geworffen/ mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig/B. N. W. An Richter vnd Schöpffen/Mens. Febr. Anno 1624.
- Perpetua autem relegatio fuit indicta cuidam marito, qui ex iracundiâ uxorem retrò pede calcando occiderat, Versus Illeburgum, Mens. Sept. Anno 1620.
- Queritur hic, quâ pœna afficienda sit mulier, qua infantem se non interfecisse in tortura obrinnit, confessâ tamen, se graviditatem & partum celantem, solamq; remotis aliis mulieribus in puerperio laborantem, vel fetum mortuum peperisse? De quo Dominos Scabios sæpius dubitasse memini.
- Ex Constitutione enim Crim. Caroli V. Imper. art. 131. §. fin. apparet mulierem, qua infantem mortuum se peperisse dicit, hoc sufficienter probare debere, aut si probare id nequeat, in assertionem tamen suâ perseveret, torturæ subijciendam & ad confessionem veritatis cogendam, atque si crimen fatetur, pœnâ infanticidii ordinari.

modo puniendâ mulier, qua occiditudo gravidat & puerperium, causam infanticidij praebebat

40

ordina-

ordinaria plectendam esse. Vnde sequitur, si in tortura innocentiam obtinuerit, eam nulla prorsus pœna ratione infanticidii affici debere; quia per torturam indicia sunt purgata contra  
 41 tortam, & persistens in tortura melior reputatur quàm ante accusationem. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quaest. 64. vers. illa a vero tortura. Covarr. pract. question. cap. 23. n. 5. vers. nam & verberibus torti. Capoll. consil. crim. 32. n. 18. vers. sed tamen Prosp. Farin. part. 2. oper. crim. quaest. 40. n. 1. & 2. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. viso igitur. de indicis. n. 20. Cephal. cons. 621. n. 1. lib. 5. Berta. cons. 150. n. 12. vol. 1. & cons. 427. n. 1. vol. 2. cons. 528. n. 1. fol. 2. Magon. decis. 89. n. 12.*

42 Econtra tamen dici potest, mulierem in tortura solum hoc obtinuisse, quod infanti impias manus non intulerit, neque eum occiderit; quod licet verum sit, exinde tamen à muliere torta non omnis dolus neque culpa removetur, quoad causam mori præbitam. Dum enim fatetur, se graviditatem & partum occultasse, solumque remotis aliis mulieribus in puerperio laborasse, (unde forsitan factum, ut infans in ipso puerperio mortuus fuerit, qui ope & auxilio aliarum mulierum vivus conservari ac educari potuisset) certè culpam non negat, ob quam, licet manibus infantem non occidit, æquè punienda erit, præsertim cum hoc casu infans culpa matris mortuus præsumatur. *Jacob. Menoch lib. 3. arbit. jud. question. cent. 4. casu 357. n. f. Prosp. Farin. part. 5. oper. crim. quaest. 122. n. 156. Ideoque & tum mulierem fustigatione seu relegatione afficiendam esse, arbitratur Anton. Tessaur. decis. 13. n. 4. vers. quarto limita.*

43 *Decisio quaest.* Quid igitur hoc casu dicendum? Existimo, distinguendum esse; An certò constet de culpa mulieris, qua infans periit; an verò de hac certo non constet. Priori casu, quando constat de culpa, ut si ipsamet mulier culpam fateatur, quod nempè in puerperio ex imperitia aut negligentia quid agendo, & partui debito modo nõ subveniendo, causam mortis præbuit, vel hoc ipsũ ex inspectione cadaveris appareat, quod certè obstetrices facillimè animadvertere possunt; hoc casu non dubito, quin mulier eiusmodi ultra torturam adhuc fustigatione vel ad minimum perpetua relegatione affici possit.

Tum, ob culpam mulieris intervenientem, quod occultando graviditatem & partum, seque aliarum mulierum auxilio in puerperio subtrahendo, & imperitè ac negligentè agendo causam mortis dedit, ut dictum *suprà casu 2.*

Tum, quod iuxta *Constit. Carol. Crim. art. 132. in fin.* pœna corporis afflictiva puniri potest ille, qui sobolem exponendo præter intentionem mortem causatur.

44 *Secundum hanc sententiam dicitur Sabini fustigationem cum perpetua relegatione mulieribus, quarum negligentia & culpa infantes periisse, vel ex earum confessione, vel aliunde constat: veluti apparet ex eorundem responsis versus Schweinitz:* Diweil auß den übersandten inquisition Allen zubefinden / daß die Gefangene M. G. ihre Schwängerung heimlich gehalten / vnd als sie eines Kindes genesen / dasselbe in einen alten Kasten gelegt und verborgen / folgendes aber auff ihrer Frauen und anderer Weiber anhalten solches

wieder herauf genommen / vnd ihnen jugestalt / welches nach empfangener Lauff umgekehrt eine Stunde gelebt / vnd dann gestorben / vnd daß berührtes Kind auch umb den Hals / so wohl an seiner Stirn / Nasen und Backen / braun und blau gewesen / darauß abzunehmen. daß sie dasselbe in der Geburth verwahlos set / So wird sie derowegen nach gehaltenen sechs Wochen mit Staupenschlägen des Landes ewiglich verwiesen / *B. N. W.*

*Ad requisitionem Quæstoris M. Aug. An. 1604. It. Et in casu simili, ad requisitionem Quæstoris Chemnicensis M. Mart. Anno 1623.*

45 *It. Diweil E. H. Tochter in der scharffen Frage erhalten daß sie ihr Kind vorsehlischen nicht ermordet und umgebracht / etc. So mag sie auch mit der Todesstraff nicht belegt werden / Sie wird aber gleichwol deswegen / daß sie die Geburth verborgen gehalten / und niemand darzu fordern lassen / auch hernach das Kind heimlich ins Holz getragen / mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen / *B. N. W. de culpa namque exinde constitut, quod infans non solum juxta propriam matris confessionem ab initio vixerat, sed & habitâ inspectione cadaveris circa os infantis signum quoddam violentia adhibita apparuerat. An Schöffser zu Pirna / Mens. Jul. Anno 1588.**

46 *Et in casu simili: Diweil D. L. in scharffer Frage erhalten / daß sie ihr Kind nicht umgebracht / noch ihm einig Leid zugefügt / etc. So verbleibet sie mit der ordentlichen Todesstraffe verschonet / Sie wird aber gleichwol von deswegen / daß sie die Schwängerung / so wol die Geburth des Kindes verneinet / mit Staupen-Schlägen und ewiger Landesverweisung billich in Straff genommen *B. N. W. Est enim culpa matris in hac sententiâ verbis non exprimat, de ea tamen certo constituisse ex antea dictis nullus dubitat. An Schöffser zu Leipzig / Mens. Septemb. Anno 1591.**

47 *Perpetua autè relegatio fuit indicta M. B. versus Meissen: Ob wohl M. B. in simlicher scharffer Frage erhalten / daß sie ihr Kind nicht ermordet / diweil sie aber dennoch bey wehrender Tortur aufgesagt / sie wüßten nicht / ob sie ihr Kind lebendig zur Welt gebracht / sondern todt habe sie es gesehen / vnd wie sie sich besonnen / habe sie das todtie Kind in die Schürz gewickelt / und ins Bett geleget / daraus abzunehmen / daß sie so gar richtig mit dem Kinde nicht umgegangen seyn müße / insonderheit weil sie beydes die Schwängerung und Geburth heimlich gehalten / vnd man an dem Kinde befunden / daß ihm das Blätlein auffm Haupt eingedrückt gewesen / etc. So wird die Gefangene über die aufgestandene Tortur gestalteten Sachen nach / andern dergleichen Betteln zu Abschew und Beispiel mit Landesverweisung in Straff genommen *B. N. W. An Schöffser / M. Sept. Anno 1623.**

48 *Posteriori verò casu, quando de culpa mulieris neque ex ejusdem confessione, neque ex inspectione cadaveris, aut aliis signis infallibilibus constat, tum judicem ad fustigationem seu relegationem perpetuam tutò pervenire non posse dixerim, ut maximè graviditatem, nec non ipsum puerperium mulier celaverit.*

48 *Et si enim hoc casu, quo mulier sola remotis aliis mulieribus in puerperio laboravit, infans culpa matris mortuus præsumatur, iuxta ea quæ tradit Tessaur. decis. 13. n. 4. & Menoch. lib. 2. arbit. jud. quaest. cas. 357. in fin. ex sola tamen hac præsumptione pœna corporis afflictiva imponenda non est. Paul. de Castr. in l. fin. n. 4. & seqq. C. de probat. Ares. in c. tertio loco. sub. n. 16. de probat. Felin in c. asserte. n. 6. de præsumpt. Gandin. in tit. de præsumpt. & indic. in dub. n. 2. Boss. in tit. de cõvict. n. 84. & seqq. Akiat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. n. 4.*

Ideoque

Ideoq; puto hoc casu pœnam temporalis religionis sufficere, eamq; iudicem mulieri quæ graviditatem occultans in puerperio sola laboravit, tunc indicere posse.

50 *Tum*, quod poena arbitraria, pecuniaria vel relegationis ex præsumptionibus dictari queat. *Gandin. dict. tit. de præsumpt. n. 2. Prosper. Farin. part. 3. oper. crim. quest. 86. n. 82. Capoll. conf. crim. 32. n. 16. Iul. Clar. in præct. §. fin. quest. 63. vers. tu scis, &c.*

51 *Tum*, quod occultatio imprægnationis & partus per sese pœnam arbitrariam mereatur: ex actu enim clandestino dolus & malus animus agentis præsumitur. *l. non existimo. ff. de rit. nupt. l. palam. ff. eod. tit. Alex. conf. 103. col. 4. vers. non obstat vol. 1. Bald. conf. 427. in 5. vol.*

52 *Quemadmodum etiam hoc casu pronunciarunt Scabini versus Dresdam: Ob wol die Gefangene D. E. in zimlicher scharffer frage erhalten/dah sie ihrem Kinde kein Leid geihan / dieweil sie aber denoch sich schwängeru lassen/vnd beydes die Schwängerung vnd Geburtszeit heimlich gehalten / etc. So wird die Gefangene über die allbereite aufgestandene Tortur noch auff 3 oder 4. Jahr des Landes verwiesen / B. N. W. An Richter vnd Schöppen. Mens. Decembr. Anno 1625.*

*Pariter fuit pronunciatum in casu simili, an Schöffers zu Leipzig / M. Mart. Anno 1596.*

*It. Ad consultationem Wolfgangi Adami à Gehnits / Mens. Mart. Anno. 1610.*

*Iudicis & Scabinorum in Reichenbach / Mens. Febr. Anno 1630.*

*11. Audite Berichte zu Leipzig / Mens. Iul. An. 1630.*

2. An in parricidio culposo occisor, ad VVergeldi solutionem condemnari debeat?

est, ut is qui ob culpam aliumve excessum in homicidio commissum, solâ relegatione carcereve punitur, Vergeldum quoq; interempti agnatis solvere teneatur; Landr: lib. 2. art. 38. Constit. Elect. 11. part. 4. ubi Daniel Moller. num. 1. Zobel.

53 *part. 4. different. 28. Reinhard. part. 5. differ. 15. Coler. de processib. execut. part. 1. cap. 9. n. 51. non immerito quaeritur: An idem obtineat quoque in parricidio ex culpa commisso?*

54 *Equidem si in linea ascendente vel descendente à patre aut liberis culposum parricidium fuerit perpetratum, dispositionem hanc Inris Saxonici cessare, nemo facile negabit; eò,*

quod Vergeldus interfecti conjunctis proximioribus & sic ipsimet delinquenti, quo sanè in lineâ ascendente vel descendente nullus existit proximior, debeat, nemo autem sui ipsius debitor esse potest. *l. nemo. 87. ff. de verbo obligat. §. item nemo 21. ubi Dd. Instit. de Inutil. stipulat.*

Sed, *quid si ex culpa à fratre consanguineo vel affine parricidium fuerit commissum?* Quamvis Constit. Elect. 11. part. 4. ubi de solutione Vergeldi agitur, tantum de homicidio loqui videatur, in verb. *In Fällen den Todschlag belangende.* Idem tamen de parricidio culposo dicendū, & hoc quoque calu à consanguineo vel affine Vergeldum solvendum esse existimaverim.

*Tum*, quod parricidium quoque veniat mine homicidii in genere, & ex lege Cornelia de sicariis coërceatur, *l. 1. ubi Hippol. de Marsil. & Dd. comm. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.*

*Tum*, quia Jus Saxonicum de solutione VVergeldi disponens loquitur in genere, Landr. recht / lib. 2. artic. 38. ibi: *Ob ein Mann scheust oder wirfft einen Mann, & postea: Ob der Mann wohl stirbet / &c.* quia autem generaliter quid affirmat & constituit, is nihil protus excludit. *lason. in sub. præterea, n. 15. vers. & isto casu. C. unde vir & uxor. Panorm. in cap. quoniam fin. n. 15. extr. de præscript. Tiber. Decian. Conf. 57. n. 12. lib. 1.*

*Tum*, quia VVergeldus in solatium agnatorum occisi solvitur: quæ ratio æquè obtinet in parricidio, ac in homicidio quovis ubi autem eadem ratio ibi quoque idem jus est. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. his solis. 7. §. actionem 2. ibi: satis etiam tacite tantum &c. C. de revocand. donat. Andr. Tirag. in reg. cessante causa. part. 1. num. 156. Modest. Psitor. conf. 16. n. 13. lib. 1. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. in 1. resp. nu. 6. extr. ut lit. non contest.*

*Et sic etiam veteres Scabinos pronunciasse reperio: 59*

*Wo der Stieffvatter davon ewre frage meldet/sein Stieffo Kind durch sein streichen vnd schlagen zum Tode verursachet / so were er solche That gegen des Kindes Freunden mit einem Wehrgeld zuverbüssen verpflichtet / vnd möchte hierüber auß rechtlichem Ampt verwiesen werden B. N. W. Mens. Januar. Anno 1562.*

## QUÆSTIO XVI.

*An & quâ pœna plecti debeat Reus parricidii, si de corpore delicti certò non constet?*

### SVMARIA.

1. *Ad solam Rei confessionem pœna parricidii irroganda haud est, priusquam de corpore delicti constet. n. 7.*

2. *In potestate delinquentis non est, suâ confessione facere delictum, ubi delictum non est.*

3. *Nemo suorum membrorum est Dominus.*

4. *Delicta facti transeuntis indicis & conjecturis validis probantur. n. 18. 19.*

5. *Non etiam delicta facti permanentis. n. 6.*

8. *Observantia Scabinorum Lipsensium.*

9. *De corpore delicti Reus quandoque tormentis interrogari potest. n. 10.*

11. *Tortura proprie tortura non est.*

12. *Quomodo de corpore delicti certò constet in crimine parricidii. n. 13. 14.*

15. *Responsum Scabinorum Lipsensium.*

16. *Quomodo constare possit de parricidio, si cadaver cambus devorandum, vel in aquam prostruentem fuerit projectum. n. 17. 22. 23.*

20. *Indicia valida semiplenam faciunt probationem.*

21. *In de.*